UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Decimum quintum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

Euangeliorum teſtimonio, eum aliquando vera dicere contra ſuam A voluntatem, maximè cùm exorcizatur, vti hoc ſperamus, quod ſubiungimus.

Notatio ad Caput Decimum quintum.

§. In ciuitate Magdeburgi.

MAgdeburgum Dmoadum pyrgus & per aphæreſim Maidpurgum, id eſt, Parthenopolis vulgo nuncupa- Magdeburgum. B tur, vrbs quondam illuſtris Imperatorum & Pontificum ſedes, magnificis prætoriis, lautis & latis plateis, regiisq; templis longè celeberrima ac Romani Imperij Burgrauiatu nobilitata. Primates Germaniæ eius dat Eccleſiaſtica dignitas. Ciuibus noſtra tempeſtate fatale fuit ſacris Diui Norberti Archiepiſcopi ſui Lipſanis vna cum patrocinio nudari. Nam S. Norbertus. Deo Cæſarique noſtro clementiſſimo FERDINANDO C rebelles, ſub annum 1631. 13. Kalendas Iunij expugnata ipſorum vrbe ſub iugum miſſi ſunt, quamuis ſe vna cum laribus Vulcano conſecrarint æternum deinceps arſuri.

Caput Decimum ſextum.

De obſeſſo apud S. Thomam qui eius meritum vniuerſis Eccleſiæ D Colonienſis Epiſcopis præferebat.

IN diœceſi Treuirenſi eſt cœnobium ſanctimonialium Ordinis Ciſtertienſis, quod, ad ſanctum Thomam, vocatur. Illic ante hos duos menſes energumenus quidam in oratorio eiuſdem martyris, de ſtatu quarundam animarum tam ſecularium, quam religioſorum interrogatus, tam rationabiliter de omnibus reſpondit, vt qui illic aderant, vera eum dicere non ambigerent. Cumque domina Eliſabeth, eiuſdem domûs Abbatiſſa, eum interrogaret, num interfuiſſet cædi Epiſcopi Engelberti, & ille reſpondere nollet, adiuratus validiſſimis exorciſmis vt

Dæmō adiurat⁹ quid de Engelberto dixerit.